



lunedì 25 novembre
Teatro Carlo Felice ore 20,30

The Tallis Scholars
Peter Phillips direttore

**Amy Haworth, Emma Walshe,
Emily Atkinson, Ellie Sperling Soprano
Caroline Trevor, Alexander Chance Alto
Steven Harrold, Simon Wall Tenori
Tim Scott Whiteley, Ben McKee Bassi**

2019
2020

GOG

Giovine Orchestra Genovese

Giovanni Pierluigi da Palestrina
Missa Assumpta est Maria - Kyrie

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.

Cristóbal de Morales
Regina cæli

Regina cæli lætare, alleluia,
Quia quem meruisti portare, alleluia,
Resurrexit sicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.

Giovanni Pierluigi da Palestrina
Missa Ecce ego Johannes - Gloria

Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.
Laudamus te; benedicimus te; adoramus te; glorificamus te.
Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam, Domine Deus, Rex cælestis,
Deus Pater omnipotens.

Domine Fili unigenite, Jesu Christe; Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris, qui
tollis peccata mundi, miserere nobis; qui tollis peccata mundi, suscipe
deprecationem nostram; qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.

Quoniam tu solus Sanctus; tu solus Dominus; tu solus altissimus, Jesu Christe, cum
Sancto Spiritu, in gloria Dei Patris.
Amen.

Costanzo Festa
Quam Pulchra Es

Quam pulchra es et quam decora
Quam pulchra es, amica mea, columba mea
Formosa mea, Veni dilecta mea
Vox enim tua dulcis, et facies decora nimis

Elzea Genet Carpentras

Lamentations (battute da 1 a 240 e 320 fino alla fine)

Incipit lamentatio Ieremiæ prophetæ.

Aleph. Quomodo sedet sola civitas plena populo: facta est quasi vidua domina gentium: princeps provinciarum facta est sub tributo.

Beth. Plorans ploravit in nocte, et lacrimæ eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius: omnes amici eius spreverunt eam, et facti sunt inimici.

Ierusalem, Ierusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

Giovanni da Palestrina

Missæ Papæ Marcelli - Credo

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibilium omnium et invisibilium.

Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, et ex Patre natum ante omnia sæcula.

Deum de Deo; Lumen de Lumine; Deum verum de Deo vero; genitum, non factum; consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cælis, et incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, et homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato; passus et sepultus est.

Et resurrexit tertia die secundum Scripturas; et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris; et iterum venturus est cum gloria iudicare vivos et mortuos; cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit; qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur; qui locutus est per prophetas;

Et unam sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

Et exspecto resurrectionem mortuorum, et vitam venturi sæculi.

Amen.

Gregorio Allegri

Miserere

Miserere mei Deus,

secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem

miserationum tuarum dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea
et a peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco
et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi
et malum coram te feci,
ut justificeris in sermonibus tuis
et vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum
et in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti:
incerta et occulta sapientiæ tuæ
manifestasti mihi.
Asperges me hyssopo et mundabor;
lavabis me et super nivem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium et lætitiā
et exultabunt ossa humiliata.
Averte faciem tuam a peccatis meis
et omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me, Deus,
et spiritum rectum innova in visceribus meis.
Ne projicias me a facie tua,
et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi lætitiā salutaris tui
et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas
et impii ad te convertentur.
Libera me de sanguinibus,
Deus, Deus salutis meæ,
et exultabit lingua mea iustitiā tuam.
Domine labia mea aperies,
et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium
dedissem utique; holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus:
cor contritum et humiliatum,
Deus, non despicias.
Benigne fac, Domine,
in bona voluntate tua Sion,
ut ædificentur muri Jerusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ,
oblationes, et holocausta:
tunc imponent super altare tuum vitulos.

Giovanni da Palestrina

Missa Confitebor tibi domine - Sanctus & Benedictus

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli et terra gloria tua.
Hosanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nomine Domini.
Osanna in excelsis.

Alexander Campkin

Miserere mei

Miserere mei, Deus,
secundum magnam misericordiam tuam:

Et secundum multitudinem miserationum tuarum,
dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea,
Et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco,
Et peccatum meum contra me est semper

Tibi soli peccavi,
Et malum coram te feci;
Ut justificeris in sermonibus tuis,
Et vincas cum iudicaris.

Libera me de sanguinibus, Deus,
Deus salutis meæ,
Et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Justine Zara Rapaccioli

Quæ est ista

Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens,
pulchra ut luna, electa ut sol,
terribilis ut castrorum acies ordinata?

Josquin des Prez

Inter natos mulierum

Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista
Qui viam Domino præparavit in heremo. Alleluia.
Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Ioannes. Alleluia.

Giovanni da Palestrina

Missa Brevis - Agnus Dei

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.



Giovine Orchestra Genovese onlus
Galleria Mazzini 1 primo piano
16121 Genova
tel +39 010 8698216
info@gog.it
www.gog.it